



AMPLISSIMO VIRO DOM.

Hug. Picardeto Christianissimi Regis Galliarum sacri consistorij Consiliario, & in supremo Burgundia Senatus fisci Procuratori.

PETRVS BROSEVS S.



OTAS meas in Cassiodorum, cum edere apud animum statuissem, Vir amplissime, tui nominis auspicijs id mihi facere visum. Cause quippe in promptu multe & magnae, Virtutes tuae, Eruditio, benignitas in literatos, nec non etiam beneficia accepta, Virtutes inquam tam publicas quam priuatas: Eruditio res omnibus satis nota, humanitas, qua ratione animos omnium tibi deuinxisti, tanta deinde in me contulisti beneficia, nouaque in dies auges, vt nullo vnquam tempore verbis gratias agere possim. Aequum igitur erat vt tibi publicè gratias agerem, & meam in te obseruantiam omnibus praedicarem, atque istud qualecunque amoris erga te, virtutisque tuae publicum testimonium exhiberem. Scio enim nominis tui splendorem, auctoritatè que apud probos eruditosque gratiam haud mediocrem conciliaturum, inuidos verò & maleuolos seu malignos quosdam veteratores (quorum nimis ferax hoc seculum) compressurum. Etsi autem non ignorem Doctissima. Forti. praeclearam operam & industriam in hoc authore illustrando posuisse, quoniam tamen vic^{imo} ^p ^{pl} ^{am} huius Cassiodori eam esse praestan-

EPISTOLA DEDICATORIA.

riam & doctrinam vt non vnus, verum etiam multorum opem efflagitaret, alius enim alio plura inuenire potest, nemo omnia, inquit Ausonius, consilium inij, vt quod à Fornerio prætermisum, à me adderetur: quæ quidem etiam si perexigua sint, ea tamen omnia tuo iudicio committo. Accipe itaque has meas Cassiodoranas curas benigna fronte: easque, si vacet, examina & corrige, plura aliquando Deo fauente dicturus te duce atque patrono. Vale vir clarissime, & me fauore tuo amplectere & amare perge. Datum Gaij, die 20. Februarij 1609.



T Y P O G R A P H V S

A D L E C T O R E M.

HABES amice Lector M. A. Cassiodorum multis locis partim ingenio, partim veterum collatione restitutum, & multo quam antea castigatorem: in calce vniuscuiusque capituli seu epistolæ, adiunxi D. Forn. & Brossei notas seu animaduersiones multo auctiores: visa enim res est & commoditas tua ita poscere, vt eos simul coniunctos sub vno oculorum ictu haberes: quæ omnia tuæ utilitati inferuire cupientes, excudenda curauimus. Hoc vnum pro meorum laborum mercede peto, vt prius de hac postrema Cassiodori editione iudicium feras, quam cum superioribus contuleris, & hoc pacto quid in ea præstitum sit, facile dignoscas. Vale & nos tuis fruiere.

DE CAS-



DE CASSIODORO.

MAGNVS Aurelius Cassiodorus, Senator, V. C. nobili genere natus, inter viros suo tempore doctissimos citra controuersiam principatum quendam tenuit. Is quod cum insigni morum facilitate doctrinam sanè rarā, constantēque fidem adiunxisset, summāque experientia vix omnium in se animos flexisset, ad summos honores peruenit, ita curante, promouentēque Theoderico rege, qui Italiam Gothis comitatus occuparat: quo tempore Zenobizantiū imperabat. De genere, familiāque Cassiodori nullum habemus monumentum illustrius, quān quod profectum constat ab ipso Theoderico principe, quo loci dicit antiquam prolem esse Cassiodorum, laudatum nomen: eos cum togatis claros, inter viros fortes eximios, ut qui membrorum firmitate, & procero corpore florissent. Huius nostri Cassiodori patrem sub Valentiniāno III. gessisse Tribuni & Notarij dignitatem summa fide ac dignitate legimus: quem honorem non nisi bene meritis & praestantibus viris collatum nemo est qui nesciat: eo quod ad arcanum principis nullos alios acciri palam sit, nisi qui sint perspecta virtute, & moribus inculpatis. De probitate Cassiodori, quantaeque dignitatis fuerit ad honores prouectus, declarat ipse Rex in quadam formula: nimirum querulos & rixosos naturā Siculos, adeoque rebellantes summa prudentia Cassiodorum conciliaisse Theoderico: quo maxime tempore omnia plena essent tumultuum, ut ferè sit in nouorum principatum initis: quod non modo rex idem de suo Cassiodoro testatus est, sed, quod omnium vident admirationem, in ipso astu belli obseruatorem iuris, & propositi tenacem se omnino praeuisse, ut proprio neglecto censu, sine inuidia lucri morum diuitias retulisset. Fuisse iudicem alienum ab omni affectu prauo, ut qui neque inuidia quemquam opprimeret, neque aliqua gratia reuocatus ab equi tramite, indignum quid suo nomine faceret, sed equabilem se omnib. prestaret. Quae sanè pulcherrima viri laudati elogia facile superant omnium triumphorum decantatissimas laureas. Iis virtutibus, eaque fama Cassiodorus Theoderico notus, non vno aut altero est honore ab eodem donatus, ut Ex-Questoris sacri palatii, Ex-Consulis, Comitris, aliorum, sed & Praefectum praetorio, & Patricium fecerit princeps, qui non nisi digniores fuerit eligere solitus. Ergo fatetur eius vnius studio atque opera prouincijs disciplinam fuisse redditam, eaque vixisse constantia, continentiaque, ut equitatem verbis instillaret, quam ipsam exemplis doceret: adeo ut in dies maior factus, nunquam tamen fortuna blandientis occasione intumuerit, sed sese semper, ut moderatum decet, summis suis gesserit: immo quamvis summa potuerit adipisci, iudicaretur tamen ab omnibus multo plura mereri. Prater laudationes quas ei tribuatur inue-



MAGNI AVRELII CASSIODORI SENATORIS,

*V. C. & inlustri, ex quaestoris sacri Palatij, ex consu-
lis ordinarij, ex magistri offic. praefect. prat.
atque Patritij.*

VARIARVM LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.



VM disertorum mihi gratiam, aut communibus
fabulis, aut gratuitis beneficijs, nullis tamen veris
meritis collegissem, dicta mea, quæ in honoribus
positus sæpè pro explicanda negotiorum qualitate
profuderam, in vnum corpus redigere suadebant:
vt ventura posteritas, & laborum nostrorum mole-
stias, quas pro generalitatis commodo sustinebam,
& * sinceræ conscientie † inemptam dignosceret
actionem: dicebam dilectionem ipsorum mihi po-
tius fore contrariam: vt quod † modò propter desideria supplicantium
putabatur acceptum, postea legentibus videretur insipidum. Addebam,
debere illos Flacci dicta recolare: qui monet, quid periculi vox præcipi-
tata possit incurrere. Respòdendi celeritatem cunctos videtis exigere, &
creditis me * impænitenda proferre. Dicitio semper agrestis est, quæ aut
sensibus electis per moram non comitur, aut verberum minimè proprie-
tibus explicatur. Loqui nobis communiter datum est: solus ornatus est,
qui discernit indoctos. Nonus annus ad scribendum relaxatur auctoris:
mihi nec horarum momenta præstantur: mox vt cœpero, clamoribus im-
minetur: * festinatione nimia * ingeritur, ne cautiùs cœpta peragatur.
Alter nos frequentia inuidiosæ interpellationis exaggerat: alter miseria-
rum mole castigat: * alij furiosa * contentionum reditione circumdât.
Inter hæc cur * requiritis dictationis eloquium, vbi vix copiam possi-
mus habere sermonû? Ipsas quoq; noctes inexplicabilis cura circumuo-
lane * desit alimonia ciuitatibus, quæ supra omnia populi plus requirunt.

Causa scribendi.

* al. non su-
cra. FOR.
† ineptam
† mihi
FOR.
i Epist. 18.
Celeritatis
in scribenda
incommoda.
* in poen-
posse præ-
ferre.
Hæc in ara-
te post.
* de festi-
natione.
* geritur.
* alter con-
tentionum
seditione
circundat.
* Vinten-
tionum
* requiritur
* desinit.